



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Christophorvs M. 25. Iulii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

I.V.L.
abiens
ntulit,

L V S.

o pen-
res in-
num-
njuges
pieta-
iberali-
astitas

capta
niti-
ris la-
im in-
crate-
rto ac-
rucem-
entia-
rele-
int &
amis-
aspe-
ore fi-
s ma-
COBO
dam-
t. Vix
oc ad
c; tam
us hic
cum

25.IVL. *Vita Sanctorum.* 405
cum gallinâ suâ gallus , qui lautos
unctusque sepulchrum stomachum ex-
pectat. Iam carpere parabat , cum gal-
lus & gallina in vitam se erigunt, In-
nocentiae victrixi alis applaudunt , gal-
lus etiam Pæana canit. Ergo damnat
se ipsum Iudeus, & Innocentem missum
facit, volucrum verò proles posthuma
etiam hodie plumas suas cum laudi-
bus IACOBI in omnem Orbem spar-
gunt, nunquam omnes, licet tot quo-
tidie vellicent, evelendas. Ex L.Mari-
nao l.s. de reb.Hijp.c.ult.

S.CHRISTOPHORVS M.

25.Iulii.

CHRISTOPHORVS sive cor-
poris sive animi spectes robur, sem-
per magnus, nomen hoc suum repor-
tasè tunc creditur, cùm CHRISTVM
sub pueri vultu per aquas transporta-
vit, non magni laboris maximum nau-
lum. Certè CHRISTVM per Lyciam
circutulit, cùm, ut auctor S.Ambrosius
est, hominum millia IV.suprà XL. ferre
CHRISTI jugum docuit. Virgam ma-
nui familiarē cùm ad concionē dictu-
rus aliquando humi defixisset, confe-
stum frondere vidit, & miraculo etiam-
nū pictores favent. Sed & ad tribuna-
lia tulit CHRISTVM. Captus enim &
in vincula conjectus, Decio imperan-
te, immissas ad se geminas & per-
frictas

frictæ frontis Mulierculas à Venere ad C H R I S T V M perduxit , cui etiam sanguine suo mox litarunt . Ipse candentem ab igne galeam indutus & inferreum , cui flammæ suberant , lectum abjectus dormire scilicet suaviter in his tormentis visus est . Inde jaculis militum stetit expositus , ingens Meta , sed prorsus innoxia . Quid ? quod ajunt sagittam reversam domini sui oculo perniciem attulisse , & medicinam eisdem C H R I S T O P H O R I sanguinem fuisse , qui tandem cervices gladio fortiter dedit , quod unum restare videbatur , ut humilem cæli portam tam magnus subire posset . Ex Sur . & Lippel .

S. GLODESINDIS V,
25. Julii.

Frustra estis D E I rivales homines . Nemo Christo Sponsam suam eripiet , quando contra hæc pugnat , & propugnat ille pugnantem , id quod GLODESINDIS Virgo jam olim fecit manifestum . Natam in principe familiâ domum ducebat ex parentum , non Virginis , voluntate , Obolenus homo non tam sanguine , quam sceleribus nobilis , cum ecce rege jubente nuptialis pompa in funebrem abit , & hujus imperio Obolenus in carcerem non thalamum ducitur , sceleris convictus , mortem subit non lectum , lessum